



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

28 Dispensatio ab irregularitate proveniente ex dicto deducto ad forum  
contentiosum, Papae est reservata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- 27 Nono † solus Papa dispensat ab irregulatate ex homicidio etiam casuali , & occulto proveniente , ut quis ad sacros ordines promoveri , & ecclesiastica beneficia obtinere possit , concil. Trident. c.7. de re-34. form. sess. 14.
- 28 Duodecimò † ab irregularitatibus ex delicto ad forum contentiosum deductis , provenientibus , solus Papa potest dispen-35. sare. concil. Trident. in cap. 6. de reform. sess. 24.
- 29 Undecimò † irregularis propter mem-36. bralicujus mutilationem dispensari non potest , nisi à Papa , quia quo ad irregularitatem mutilatio homicidio comparatur , glos. in clem. in ver. mutilat. de ho-  
miciò.
- 30 Duodecimò † qui caret oculo est ir-36. regularis , ita quòd ad Sacerdotium pro-  
moveri non potest sine Sedis Aposto-  
licæ dispensatione , cap. si evangelica , ss.  
dist.
- 31 Decimotertio † Papa solus dispensat ab irregularitate , quæ contrahitur ex defe-  
ctu perfectæ lenitatis , dictando sententiam continentem peccatum sanguinis , qua sequi-  
tur morts , vel mutilatio , aut illius executio-  
ni auctoritative interestendo , c. sententiam  
sanguinis , ubi Abb. numer. 1. & 11. & ibi In-  
noc. ne cleric. vel mon. & Navar. in cap. 27.  
de quart. spe. irregul. numer. 209. & 210.  
tom. 3.
- 32 Decimoquartò † leprosi , morbo ca-  
duco laborantes , ac à dæmone obsessi , et-  
iam , & semel amentes , lunatici , imbecilles ,  
deformes , furiosi , & quali etiam infirmitate  
33 corporis † oppressi , quæ notabile scandu-  
lum usui ordinum præbeat , sunt irregula-  
res , & à Papa solo possunt dispensari , cap.  
maritum , 33. dist. cap. percusio , 7. qu. 1. cap.
- derectoribus , &c. ex parte de cler agrot. Na-  
var. in cap. 28. num. 202. & 203. & Graff.  
decis. aur. cap. 23. par. 1. lib. 4. numer. 29.  
& 47.
- 34 Decimoquinto † cum bigamo , qui per bigamiam irregularis efficitur , cap. debi-  
tum , & ibi glossa in verbo , sacramentum ,  
de bigam. Iolus Papa dispensat ad bene-  
ficia , & ordines suscipiendos , etiam , † ut  
fratres milites SS. Mauritiij , & Lazari ,  
cum secunda coniuge , vel cum vidua ,  
matrimonium contrahere possint , nam  
cum unica , & virgine tantum sine dispen-  
satione Apostolice matrimonium contra-  
here valent , ut in privilegiis Greg. Pa-  
pa XIII. eidem ordini concessis , in versi-  
qui milites .
- Quo † verò ad minores ordines etiam Episcopum cum bigamo posse dispensare , tenet Sot. in 4. sentent. dist. 27. quest. 2.  
art. 3. & Graff. decis. aur. dicto cap. 23.  
nu. 38. & alij , quos hic recensere odiosum  
esset , quia contrarium est verius per text. in  
cap. unic. de bigam. in 6. ubi etiam doct. &  
concil. Trident. in cap. 17 in fin. sess. 23. & ita  
super eod. c. sequ. verbis fuit decisum nem-  
pe , an Episcopus sua auctoritate ordinaria  
potuerit cum suo subdito viro bigamo , qui  
alias cum duabus virginibus , & successivis  
temporibus , quæ modò defunctæ sunt ,  
matrimonium legitimum contraxerat , &  
consummaverat dispensare , ut possit pri-  
mam tonsuram , & beneficia simplicia ac-  
cipere , neque eidem conferre , prout con-  
tulit. Et dato , quòd non potuerit , an ali-  
quas , & quas censuras & peccatas incurrit ,  
tām Episcopus , quām qui fuit promotus :  
Sanctissimus D.N. Sixtus ex sententia con-  
gregationis respondit , quo ad primum non  
posse , quo ad secundum , significandum

N n Epi-

